

## **Dissertatio inauguralis de aere dephlogisticato / [Jonathan Stokes].**

### **Contributors**

Stokes, Jonathan.  
University of Edinburgh.  
Royal College of Surgeons of England

### **Publication/Creation**

Edinburgi : Balfour et Smellie, 1782.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/nz8w69ae>

### **Provider**

Royal College of Surgeons

### **License and attribution**

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

D I S S E R T A T I O  
I N A U G U R A L I S,  
D E  
A E R E D E P H L O G I S T I C A T O.

Q U A M,  
A N N U E N T E S U M M O N U M I N E,  
E x A u c t o r i t a t e R e v e r e n d i a d m o d u m V i r i,

D. G U L I E L M I R O B E R T S O N, S. S. T. P.

A C A D E M I Æ E D I N B U R G E N Æ P rae fecti;

N E C N O N  
A m p l i s s i m i S E N A T U S A C A D E M I C I c o n s e n s u ,  
E t n o b i l i s s i m a e F A C U L T A T I S M E D I C Æ d e c r e t o ,  
P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,

S U M M I S Q U E I N M E D I C I N A H O N O R I B U S A C P R I V I L E G I I S  
R I T E E T L E G I T I M E C O N S E Q U E N D I S ;  
E r u d i t o r u m e x a m i n i s u b j i c i t

J O N A T H A N S T O K E S ,  
A N G L U S .


S O C . R E G . M E D . E D I N B . P R æ S . A N N . ;  
P H Y S . P . A . ; H I S T . N A T . S O D . ;  
E T S O C . A N T I Q . S C O T . S O C . C O R R E S P .

I have presum'd,  
and drawn empyreal air. M I L T .

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

E D I N B U R G I :  
Apud B A L F O U R et S M E L L I E ,  
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXII.



О Г Т А У И Л А В И С

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

О Т А С Т А Б О Т Н И Ч А Т Й И

Л А Т О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

О Т А С Т А Б О Т Н И Ч А Т Й И

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

О Т А С Т А Б О Т Н И Ч А Т Й И

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

О Т А С Т А Б О Т Н И Ч А Т Й И

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

О Т А С Т А Б О Т Н И Ч А Т Й И

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

О Т А С Т А Б О Т Н И Ч А Т Й И

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

З Д О Т А И А Н Т А И О

В А Д А К А

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

С Р О Д Н И Е Р О Д С Т В О

P A R E N T I B U S

S U I S

O P T I M I S, D I L E C T I S S I M I S;

E T

A M I C O C A R O, S A G A C I,

G U L I E L M O W I T H E R I N G, M. D.

S T U D I O R U M H A S C E P R I M I T I A S

C O N S E C R A T

A U C T O R.

20 BOSTON  
Doctor Garrison<sup>m</sup> conveys  
from his humble pen an  
entire article.

THE FRIENDSHIP OF THE  
AMERICAN AND ENGLISH  
PEOPLES

BY JAMES WENDELL

THE AUTHOR

ROCKAWAY

D I S S E R T A T I O

I N A U G U R A L I S,

D E

A E R E D E P H L O G I S T I C A T O.

**A**ERIS utilitatem potiusve necessitatem ad vitam animantium sustinendam, in omni fere aevo homines agnoverunt; hoc vero tantum seculo quinquagesimo octavo, iste veri solers felixque indagator clariss. PRIESTLEY, illius naturam structuramque primus investigavit.

Aëre absente, respiratio mox cessat, viribusque cordis arteriarumque labefactis, sensu motuque carent, homo robustissimus moles semianima in terram ruit. Sine aëre flamma accendi nequit, et terrae tota superficies ex inflammabili facta esset, atque ignis elementum ad centrum usque pervaderet, aëre deficiente, nec flamma, nec combustio gigni potuisset. Artes metallicaes omnino cessarent, cum, sine hujus auxilio, nec metall

†

cruda

cruda purificare, neque calces metallicas praepara-  
re possimus; et foci ac lampades, quorum luce  
caloreque hisce plagis septentrionalibus solis ab-  
sentiam sustinemus, extinguerentur.

Utilitas autem aëris vera in hisce omnibus  
processibus in tenebris plane latebat, donec *aura*  
*ipfa vitalis*, de qua in omni fere seculo conjectu-  
ras fecerunt medici ac physici, sub forma exquisi-  
tissima celeberrimis PRIESTLEY \*, et SCHEELE †  
eodem fere tempore, sese demum manifestavit.

Cum vero, in tali rerum plane novarum acer-  
vo, inventa recentissimorum tam multiplicia ac  
pene innumerabilia sint, naturam atque indolem  
hujus speciei, de qua nunc differere in animo est,  
clariorem et luculentiore evasuram mecum re-  
putavi, si aërum species omnes quas industria  
nuperorum detexit, ordine quodam enumerarem,  
et notis, sive characteribus propriis, distingue-  
rem.

### TABULA

\* Hunc aërem saluberrimum Aug. 1<sup>mo</sup>, 1774, invenit,  
et inventa ejus nova SOCIETATI REGIÆ LONDINENSI com-  
municavit Mart. 15<sup>to</sup>, 1775.

† Observationes et Experimenta de Aëre et Igne, idio-  
mate Germanico, in publicum erhisit, Jul. 13<sup>tio</sup>, 1777, Il-  
lustr. BERGMAN autem, in quibus quae libello amici praefatius  
est, de hoc opere loquitur, quasi fere tunc biennium  
prelo subjiciendo parato.

DEPHLOGISTICATO.

7

TABULA AERUM SYNOPTICA, EX  
DISTRIBUTIONE CHEMICA.

A E R.

CHARACTER PHYSICUS.

Fluidum in omni caloris gradu adhuc cognito  
summe resiliens.

CLASSIS I. AERES SALINI.

ORDO I. AERES ACIDI.

(1.) Succum heliotropii ex colore caeruleo in ru-  
brum mutantes. (2.) Alcalinis sales medios com-  
ponentes. (3.) Aqua sorbiles. (4.) Animantibus  
noxii.

ACIDUM VITRIOLICUM AERIFORME. (Aēr  
vitriolicus.) Colorem flammæ minime mutat.  
Glaciem regelat. Flammam extinguit.

ACIDUM NITROSUM AERIFORME. (Aēr acidi  
nitroſi.) Flammam alit.

ACIDUM

ACIDUM MURIATICUM AERIFORME. (*Aér muriaticus.*) Cum aëre atmosphaerico colorem viridem vel caerulecentem flammæ reddit.

ACIDUM FLUORITICUM AERIFORME. (*Aér fluoriticus.*) Calefactus vitrum rodit. Ex tactu aquae cuticulam lapideam statim deponit.

ACIDUM MEPHITICUM \* AERIFORME. (*Aér fixus.*) Aquam calcis turbidam reddit. Glaciem minime regelat. Colorem syrapi violarum vix afficit. Aqua lentius sorbetur.

#### ORDO II. AER ALCALINUS.

- (1.) *Aëribus acidis sales medios componens.*
- (2.) *Aqua forbilis.* (3.) *Flammam extinguens.*
- (4.) *Animantibus noxijs.*

ALCALI VOLATILE AERIFORME. (*Aér alcalinus.*)

#### CLASSIS II. AERES INFLAMMABILES.

- (1.) *Aëribus respirabilibus mixti flamma ascenduntur.* (2.) *Aëre nitroso minime minuantur.*

#### PHLOGISTON

\* Cl. BEWLY, ap. P. ii. 339.

PHLOGISTON AERIFORME \*. (*Aér inflammabilis †.*) Aqua lentius sorbetur.

SULPHUR AERIFORME. (*Aér Hepaticus ‡.*) Aëribus respirabilibus mixtus. Sulphur praecipitatur. Aquae odorem hepaticum facile impertit.

PHOSPHORUS AERIFORMIS. (*Aér phosphorus ‡.*) Odore ac coloribus phosphoreis ardet. Aqua lentius sorbetur.

## †

## B

## CLASSIS

\* Acidum phosphoricum vitreum, in aëre inflammabili foco vitri caustici expositum, in phosphorum mutatur. Cl. WITHERING, *ex ejusd. litt.*

Alcali vegetabile phlogisticatum fit ex coniunctione aëris inflammabilis cum alcali vegetabili puro.

*Exp. I.* Alcali vegetabile phlogisticatum, retorta igni expositum, aërem inflammabilem copiosum cum pauxillo aëris fixi praebebat, alcali vegetabili caustico in retorta relicto. Cl. WITHERING, *ejusd. litt. Maii 25. 1782.*

*Exp. II.* Caeruleum Berolinense, in retorta igni expositum, aërem inflammabilem copiosissimum praebebat; calx ferri quae retorta remansit magnetica fit, et aëri exposita quasi pyrophorus deflagravit. Cl. WITHERING, *ex litt. Mar. 12. 1782.*

† Illust. BOYLE hunc aërem primus detexit. *Works by SHAW*, iii. 21.

‡ Clar. SCHEELE. *Obs. and Exp. on Air and Fire*, n. 97. BERGMAN, *Opusc. i. 237. 116.*

|| Cl. WITHERING. Inter distillandum acidum ossium  
cum

*CLASSIS III. AERES STRICTIUS  
SIC DICTI.*

*CHARACTER CHEMICUS.*

Fluida elastica, nec sapida, nec inflammabilia,  
colores vegetabilium, nec caeruleos, nec rubros  
mutantia, nec alcalinis sales medios efformantia.

*ORDO I. AERES NOXII.*

*Animalibus spirantibus noxii.*

AER NITROSUS \*. Cum aëribus respirabili-  
bus minuitur. Flammam extinguit. (*Acidum  
nitrosum aëriforme cum aëre inflammabili conjunc-  
tum, P. v. 253.*)

AER DEPHLOGISTICATO-NITROSUS. Flam-  
mam alit.

AER PHLOGISTICATUS. Aëre nitroso mini-  
me minuitur. Flammam extinguit.

*ORDO*

cum pulvere carbonum. *Ex litt. Ap. 17. 1782. Cl. P.*  
aërem eundem antea obtinuerat, iv. 137.

\* Illust. BOYLE primus erat qui hunc aërem detexit,  
ii. 432.

## ORDO II. AERES RESPIRABILES.

(1.) *Respirationem flamمامque alunt. (2.) Aëre nitroso minuuntur.*

AER ATMOSPHERICUS. (*Aér dephlogistica-*  
tus \*, aëre phlogisticato †, et aëre fixo † mixtus.)

AER DEPHLOGISTICATUS. Flamma arden-  
tior, major, crepitans. (*Acidum nitrosum aërifor-*  
*me phlogisto aëriformi orbatum?*)

## AER DEPHLOGISTICATUS.

SYNONYMIA.

Spiritus nitro-aëreus. MAYOW, *Tractatus V.*  
*Medico-Physici*, 12mo, Oxon. 1674, p. 28.

Dephlogisticated Air. Clariss. PRIESTLEY,  
*Exp. and Obs. ii.—v. on air, &c.* D. ACHARD,  
*Mem. de Berlin*, 1778, 13.

l'Air

\*  $\frac{1}{3}$  five  $\frac{1}{4}$ . LAV. et S. p. 16. 35.

† Clariss. LAVOISIER, *Mem. de Paris*, 1774, 12mo, iii.  
et SCHEELE, p. 16.

‡  $\frac{1}{65}$  P. v. 109. 118.

l'Air éminement respirable. *Clariss. LAVOISIER, Mem. de Paris, 1777, 195.*

Factitious Air. *Cl. KEIR, Treatise on Gasses, n. 44.*

Empyreal Air. *Clariss. SCHEELE, Obs. and Exp. on Air and Fire, 8vo, 1781, n. 29.*

Aér purus. *Illust. BERGMAN, Opusc. i. 85.*

l'Air élémentaire. *D. ACHARD, Hist. de l'Acad. de Berlin. 1778, 8.*

## O R I G O.

\* 1. EX FOSSILIBUS ET AQUIS OPE CALORIS.

*Lapis calaminaris, (CRONST. §. 228. 1.) P. iv.  
206.*

*Magnesia nigra, (§ 113.) iv. 203. ex hujus  
destillatione cum acido phosphorico. S. 33.*

*Aqua fluvii Sequanae et aqueductus d'Arcueil.  
Cl. FONTANA. Phil. Trans. 1779, 434.*

*Aqua thermarum Bristoliensium, et putealis  
Bristolensis. D. BECKET, ap. P. iv. 466.*

*Aqua marina. Ib. 469. D. D. DOBSON et  
RATHBONE, ib.*

*Aqua destillata; Cl. FONT. ib.*

## \* 2. EX AQUIS OPE LUCIS ET

(a.) *materiei viridis*, quae vasis vitreis aqua repletis lucique expositis adnascitur, sive *Conservae Priestleii*, uti ex inventore in nomenclatura botanica nuncupari debet. P. iv. 339. 342. 489. v. 18.

(b.) *foliorum caulumque recentium*; Cl. INGENHOUSZ Exp. upon Vegetables, 1779, 9—36.

## \* 3. EX VESICULIS FUCORUM VIVACIUM. P. iv. 319.

## \* 4. EX AERE ATMOSPHERICO OPE PLANTARUM IN EORESCENTIUM, ET SOLI EXPOSITARUM. P. iv. 309. 310.

## \* 5. EX CALCIBUS METALLICIS OPE CALORIS.

*Minium*; P. ii. 37. iv. 441. 215. cum  $\frac{1}{3}$  aëris fixi. Ope etiam *acidorum nitroſi*, ii. 53. *vitrifici*. Cl. KEIR, 27. *muriatici*. P. iv. 240.

*Mafficot*; P. ii. 50. cum parte aequali aëris fixi.

*Mercurius praecipitatus per se*; P. ii. 34. 38. LAV. Essays, 416. Portiuncula aëris fixi perpetuo adest. P. ii. 217.

## \* 6.

\* 6. EX TERRIS, ALCALIBUS, METALLISQUE VITRIOLATIS.

*Gypsum, alum, cuprum, ferrum, zincum, hydrargyrus, magnesium.* P. iv. 227, 213, 228, 229, 230, 239. S. 32.; LAV. Mem. de Paris, 1777, 327.

\* 7. EX TERRIS, ALCALIBUS, METALLISQUE INFLAMMABILI ORBatis, CUM ACIDO NITROSO CONJUNCTIS.

*Calx, P. ii. 63. 71. 74.; magnesia, ii. 74. S. 34.; argilla, P. ii. 76.; argentum, iii. 9.; et ab alcali vegetabili praecipitatum, S. 38; cuprum, P. iii. 11.; plumbum, ii. 67. 68.; stannum, iii. 19.; ferrum, iii. 15. iv. 217.; mercurius corrosivus ruber, ii. 35. S. 40. 6.; hydrargyrus, P. iii. 9. iv. 246; vismutum, iii. 21.; zincum, ii. 69.; regulus antimonii, iii. 21.; magnesium, iv. 203.; aurum regale, iii. 7.; et ab alcali vegetabili praecipitatum, S. 39.*

*Nitrum, P. i. 155. ii. 75.; FONT. Journ. de Physiq. 1778, S. 35.; P. v. 143. 250.; Aëris moles 800ies major quam nitri est. Quod post omnem aërem expulsum retorta supererat, ex colore virescenti inventum est; igne autem per horas xx adhibito, liquor silicum \*, ex descriptione Cl. FONTANA, confici videtur.*

Aër

\* Vide BAUM. i. 332.

*Aér phlogisticatus, vel fixus, per nitrum liquefactum transmissus, dephlogisticatus excipitur;*  
 D. ACHARD, Mem. de Berlin. 1778, 16.; et  
 D. CAVALLO on Air, 828. Aér autem dephlogisticatus potius ex nitro calefacto oriri videtur,  
 et ab aliis experimentum omnino refragatur.

*Inter distillandum Sp. Nitri Glauberi, vasis vi-*  
*treis; Cl. KEIR, Treat. on Gasses, n. 30.;—*  
*“ and distilled fuming sp. nitr. in the usual*  
*“ manner;” Cl. SCHEELE, 29. An inde cūm Cl.*  
*KIRWAN, ap. S. 215. et CAVALLO, 516. colligere*  
*fās est hunc virum clariss. aërem dephlogistica-*  
*tum ab acido nitroso solo obtinuisse?*

\* 8. EX TERRIS, VITRIS, &c. ACIDO NITROSO MADEFACTIS.

*Gypsum, P. ii. 81.; vasa fictilia, iii. 39.; silex py-*  
*romachus, (CRONST. § 54.) calcinatus, ii. 82.*  
*vitrum Muscoviticum (§. 94.) i. ii. 84.; zeolites*  
*spatofus (§ 110.) iii. 39.; vitrum siliceum, 37.;*  
*vitrum viride, ib.*

Ab acido nitroso solo, nunquam obtinere potuit,  
 Cl. P. iv. 260. nec Cl. FONT. ap. S. notes 215.

\* 9. ACIDUM ARSENICALE. S. 41.

\* Ex ACIDO MURIATICO.

*Mercurius corrosivus sublimatus; D. LANDRIANI,* ap. P. iv. 240.; neque autem ab hoc, neque e sale marino, calce salita, vel minio ex affusione ejusdem acidi albato, ferrove salito, aërem dephlogisticatum obtinere potuit Cl. P. iv. 240. 244.

*Mercurius corrosivus sublimatus alcali vegetabili praecipitatus, S. 40.*

In vaporibus acidi muriatici maxime concentrati, candelae flamma amplior erat, flava, fumans, diutiusque quam in aëris atmosphaericì portione aequali ardebat; Cl. MACQUER ap. Cl. KEIR, *Treat. on Gasses*, n. 108.

OBS. Aëris copia pro ratione acidi est, P. ii. 378.; maxima autem ope calcium metallicarum, ii. 63.; et ex terris acido solubilibus abundantior quam caeteris, iii. 28. Si calx vel terra acido nitroso iterum atque iterum humectetur, aër novus gignitur, donec calx vel terra evanescat, ii. 56.

Admiratione certe dignum est, hunc aërem ab acido nitroso vel vitriolico, nisi ope terrarum, alcalium, vel calcium metallicarum, minime educi posse. Quo vero munere explentur, an phlogiston vel quoddam aliud ab acidis absorbeant \*, et

\* LAV. *Mem. de Paris*, 1776.

et inde volatiles fiant; an una cum acidis et phlogisti portiunctula aërem dephlogisticatum efforment\*, adhuc ignoratur.

In nitri distillatione equidem acidum nitrosum totum in aërem dephlogisticatum mutari dicitur; residuum autem statim post aërem expulsum examinari debet, priusquam quicquid certi exinde colligi potest, et ex *colore virescenti* quicquid inflammabile relictum esse verisimile videatur.

### V. I. R. E. S.

*Pondus specificum pro ratione aëris atmosphaericæ 187—165.* (P. ii. 91.) 160.—152. FONT.

*Cl. ACHARD, Mem. 1778. 30.* Vide S. 49.

Pars 1, cum 4 aëris fixi conjuncta, candelæ flammam satis alit. S. 50.

*Aëre nitroso mixtus, nubibus rutilo-flammeis statim turbatur, calor evolvitur, et aërum moles pro ratione eorum puritate cito minuitur;* P. i. 110. aëre phlogisticato et fixo plerumque relictis,

\* P. ii. 55. v. 199.

lictis, qui in omni aëre dephlogisticato, iii. 30, aequo ac in atmosphaerico adsunt. Si hydrargyro incarcerati sint, *sp. nitri phlogisticatus* oritur, 113. 320. qui aquae contactu cito sorbetur; LAV. Mem. 1776. Quando aëres purissimi sunt, moles aërea ex toto fere evanescit; P. iv. 245.

*Aëre inflammabili* mixtus et accensus, fragor 40ies, vel 50ies, quam aëre atmosphaerico major est; ii. 99.

*Aqua excocta* hujus duplo plus quam aëris atmosphaericu absorbet, et ex aqua aër purior excipitur; iv. 353. Si conquaffentur, aër ab initio minuitur, et quo magis minuitur eo impurior evadit; FONT. Phil. Trans. 1779, 439.

444:

In eo *hydrargyrum* in *mercurium* *praecipitatum* per se multo facilius quam in aëre atmosphaerico mutatur. Aër impurior evasit. P. v. 152.

*Capacitas ejus ad calorem recipiendum* \*, vel *calor ejus absolutus* †, pro ratione aëris atmosphaericu, 4, 6—1.; et aëris phlogisticati et fixi

87

\* Clariss. BLACK prael.; Cl. MORGAN, Exam. of Dr CRAWFORD's Theory, 9.

† Cl. IRVINE, ap. CRAWF.

87—1. Cl. CRAWFORD, *Exp. and Obs. on Animal Heat*, 57. 51. Ab experimentis vero ingeniosi MORGAN, constat, inter eorum capacitates vix minimum discrimen distinguendum esse;

*Exam.* 36.

In hoc aëre *pruna* aestu fervidiore candet, et citius absumitur; P. iv. 257.

*Flamma* in eo fit amplior, ardenter, cum quādam deflagratione, nitri detonantis non absimili. Ustio fit celerior, calorque fervidior; ii. 99.

*Cruor* colorem coccineum, floridiorem citiusque quam in aëre atmosphaerico acquirit. Aër impurior evadit; iii. 72. 75.

*Plantae* in eo minus velete crescunt, quam in aëre atmosphaerico; 335. iv. 326. S. 92.

*Animalia* 5ies, vel 6ties, quam in aëre atmosphaerico diutius vivunt; P. ii. 43. Inter inspirandum, vix ab aëre atmosphaerico distinguitur, postea vero pectus quadam quasi levitate ac hilaritate gaudet; 102.

OBS. Ex coniunctione aëris dephlogisticati cum aëre nitroso acidum nitrosum fit. Nonnulli crediderunt aërem dephlogisticatum ab aëre nitroso phlogiston arripuisse, quo dempto, acidum nitrosum aëriforme in fluidum condensatur \*. Si tale accideret,

\* P. i. 209. et Cl. BEWLY, 320.

deret, aër dephlogisticatus in aërem phlogistica-  
tum mutari debet; quando aëres vero purissimi  
funt, vix aëris bullula remansit. Clariss. SCHEELE  
credidit calorem, ex horum conjunctione ortum,  
per vitri substantiam evasisse. Hanc vero theo-  
riam, utcunque ingeniosissimam, experimentum  
celeberrimi BECCARIA penitus diruit \*.

Hinc cum clariss. LAVOISIER, ut crederem  
magis adducor, acidum nitrosum ex aëre dephlo-  
gisticato

\* Collo ampullae, quae stanni limaturam continebat,  
lagena vitrea ampla hermetice sigillata est. Lagenis  
junctis in aequipondio positis, punctoque quo aequipondio  
steterant lima notato, metallum calcinatum est. Lagenis  
aequipondio iterum positis, illa quae calcem continebat  
ponderosior visa est; statera vero ponderatis, justum idem-  
que pondus ac antea valebant \*. Ex theoria autem  
SCHEELIANA sequitur quod multo leviora evasissent.

*OBS.* In omnibus experimentis in quibus ex theoria  
SCHEELIANA calor quasi de novo gignitur, aër dephlogis-  
ticatus forberi, et in solidi formam mutari videtur, et  
cum ex ea lege naturae quam noster clarissimus BLACK  
detexit, quod corpora omnia quo magis rarefacta sunt, eo  
ad calorem recipiendum capaciora sunt, et vice versa †;  
neceesse est portionem caloris ex aëre dephlogisticato quasi  
condensato extricari, unde caloris qui ex inflammabilium  
ustione et in pulmonibus animalium gignitur, origo.

• Mem. de Paris, 1774, 12mo, 109.

† Prael. Chem.

gisticato et aëre nitroso componi. Aër autem dephlogisticatus mihi esse videtur, nihil aliud quam acidum nitrosum inflammabili ex toto orbatum, et aër nitrosus idem acidum inflammabili abundantia saturatum, unde formam aëream fuscipit. His vero aëribus conjunctis, phlogiston per totum diffunditur, et moles aërea in acidum nitrosum fluidum condensatur. An generetur acidum in omnibus huic consimile, ex aëre nitroso, et aëre dephlogisticato illo qui ab acido vitriolico obtinetur, adhuc ignoratur.

Plurimi sunt processus, uti combustio, inflammatio, metallorum calcinatio, et respiratio animalium, in quibus quoddam inflammabile aedesse creditur, unde *processus phlogistici* appellantur; P. iii. 56. Aër etiam atmosphaericus, qui omnibus necessarius est, unicuique fere horum processuum exinde ineptus, vitae perniciosus, flammae infestus fit; et nonnunquam pondere ac mole minuitur.

Has mutationes extricationi inflammabilis istius, nonnulli attribuerunt; alii vero an tale inflammabile revera existat cunctantes, cuidam vitae flammaeque pabulo cum priscis, sive aëris hujus dephlogisticati absorptioni ascripsere. Ab experimentis autem quae modo enumeravimus

fatis

fatis constat, aërem atmosphaericum ad haec officia perfungenda eo magis idoneum esse, quo aëris dephlogisticati ditior est.

An vero hic aër dephlogisticatus, uti vitae flammaeque pabulum, vel inflammabilis istius quasi menstruum, habendus sit; an potius utroque munere simul fungatur, ex processuum ipsorum quorundam contemplatione propinquiore, clarius ut spero, elucebit.

## D E C A L C I N A T I O N E M E T A L L O R U M .

(1.) *Metalla* sunt corpora omnium ponderosissima, opacissima, splendentia, sonora, fluidum electricum facile transmittentia, in calore atmosphaerae, hydrargyro excepto, solida; igne liquefcentia, volatilia, combustibilia; acidis et alcalinis solubilia.

(2.) Si igne autem comburantur, speciem suam metallicam omnino perdunt, et in pulveres mole, et *pondere absoluto*\* inter calcinandum

\* Omnia metalla in quibus experimenta instituta sunt, ponderis incrementum capiunt.

*Plumbum,*

dum† auctos, specifico tamen diminutos, fluidum electricum minime transmittentes, terris liquefac-tis

*Plumbum*, REY, Journ. de Physiq. 1774. 18. BOYLE, ii. 390. 395. LEMERY, 143. FRIEND, prael. chym. 14. VOGEL, Opusc. 68.

*Stannum*, BRUN et REY, ib. BOYLE, 390—393. KUNCK, laborat. 473. LEMERY, ib. GEOFFR. Mem. de Paris, 1738. 116. 118. 120—122. CRONST. § 180.

*Zincum*, BOYLE, 191. HELLOT, Mem. de Paris, 1738.

17.

*Cuprum*, BOYLE, 389. 392.

*Ferrum*, 390. 392.

*Hydrargyrum*, BOERH. chem. i. 406. BAUM. ii. 390.

*Regulus antimonii*, KUNCK. laborat. 473. STAHL. exp. 347. DU CLOS ap. DU HAMEL. H. Reg. Sc. Acad. 13. 14. HOMB. Mem. de Paris, 1705. 124. FRIEND. 15. GMELIN. Comm. Petrop. v. 266. DE SECONDAT. obs. de physiq. 119. VOGEL. 161. 162.

*Vismutum*, GEOFFR. ib. BAUM. 373.

† Ex quadam portione minii recenter *praeparati* cl. PRIESTLEY, minimam quidem quantitatem aëris dephlogisticati solummodo obtinere potuit, ii. 52.; et BRUN, amicus JOHANNIS REY, confidenter afferit *plumbum* ex calcinatione laevius fieri. Celeb. POTT narrat, *vismutum* calcinatione pondere imminutum esse ‡; et VOGEL, ab experimentis quibusdam, parum quidem accuratis, ib. 162. dubia movet de veritate experimentorum

‡ Obs. Chymic. 4to, 1739.

tis facile, metallis vero minime, miscibiles; igne difficilius liquefcentes, minus volatiles, et minime combustibles, gradatim mutantur. Nonnulla in aqua solubilia fiunt, et demum acida, uti arsenicum \*, plurimaque vim causticam acquirent.

rum quae modo citavimus, *ib.* 53. Clariss. MACQUER haesitat etiam, an tale ponderis incrementum in *omnibus* metallis invenitur. *Dict. of Chem. addit. (Calxes)* Hinc diu in animo haeret, an calx hoc ponderis incrementum, durante calcinatione ipsa, vel an non potius ab aere postea gradatim absorpto, accepisset. Volumina plurima evolvi; inani tamen labore, et incertus adhuc haeserim, (cum mihi haecce nimis festinanter scribenti omnis supplex chemica abfuit), ni noster Chemiae Professor, qui in hac doctrina aerea quasi pater jure habendus est, clariss. BLACK, cum comitate sua adsueta, mihi auxilium sponte praebuisset.

*Exp.* Stanni et plumbi utriusque grana ix, in crucibulo prius candefacto, super stateram accuratam ope arenae in aequipondio ponebantur. Crucibulo intra alterum igni exposito, metalla in calcem albida gradatim mutabantur. Calcinatione finita, crucibulum cum calce statim ab igne lanci impositum, incrementum granorum xix accepisse visum est. Crucibulo igni iterum exposito per  $\frac{1}{2}$  horam, calx vix quicquid acquisivit; refrigeratis vero, incrementum ponderis totum granorum xxi invenitur. Grana cxxii, quae una cum crucibulo in lance aequipondio relicta erant per dies iv, nil amplius incrementi acquisiverunt.

\* Cl. SCHEELE, n. 41.

runt †. Sub hac forma, *calces* nuncupantur, et earum praeparatio *calcinatio* dicitur.

(3.) *Sine aëre atmosphaerico vel dephlogistica-to*, metalla in *calces* converti nequeunt. JUNCK. *Consp. Chem.* i. 791. 588. 931. P. ii. 261. LAV. *Eff.* 298. *Mem.* 1777, 594.

(4.) *Plumbum et stannum vero, foco vitri caustici in aëre nitroso et phlogisticato exposita, fumos copiosos ediderunt, et vasorum parietes crusta albida obducebantur.* P. i. 125. 137. In his aëribus, et in aëre inflammabili et fixo, metalla *difficilius calcinantur*. Aëres immutati evaferunt, 135.

(5.) *Argentum, cuprum, chalybs, stannum, plumbum, zincum, vismutum, reg. antimonii, cobaltum, arsenicum*, in vasis murrhinis clausis, igni furni murrhini vehementissimo expositis, in *calces* vel *vitra* mutabantur. Cl. DARCEY *Journ. de Physiq.* 1771, 122.

(6.) *Calcinatio in vase clauso progreditur pro ratione aëris atmosphaerici vel dephlogisticati qui in vase continetur.* BECCARIA *Misc. Taur.* ii. 176. LAV. *Mem.* 1774, 12mo, 109.

(7.) *Aér, quo calcinatio fit, mole et pondere specifico minuitur*; P. i. 134. LAV. *Eff.* 329, 230, 332, 335.

† D

(8.)

† Cl. MACQ. ib.

(8.) *Calx ponderis incrementum accipit proportione aëris diminuti.* LAV. ib.

(9.) *Calcibus plurimis aër copiosus educitur;* BOYLE ii. 633. HALES i. 289. P. i. 192. iv. 400. LAV. Eff. 414. 313. 315.

(10.) *Aër indole diversissimus e calcibus expellitur,* P. i. 193. ii. 37. 63. 50. 51. iii. et e quibusdam aër vix ullus nisi dephlogisticatus obtinetur, 49. 217.

(11.) *Aër inflammabilis ex ferro, zinco, orichalcho, stanno, foco vitri caustici in vacuo Boyleano expositis,* P. ii. 109.; ex iisdem, et ex cupro, ope acidorum et alkalium; et *aër nitrosus*, qui ex acido nitroso aëre inflammabili coniuncto fit, ex omnibus metallis, plumbo et zinco exceptis, ope acidi nitrosi, vel aquae regiae eduntur; i. 126.

(12.) *E calcibus omnibus in quibus experimentum institutum fuit, nullus aër inflammabilis extricari potuit;* ii. 111.

(13.) *Lithargyros aëre inflammabili in plumbum restituitur.* Cl. MORVEAU, *Journ. de Physiq. Mai 1776*, 392.

(14.) *Calces plumbi, stanni, et ferri, ope flamulæ aëris inflammabilis in speciem metallicam facile restituuntur;* Cl. CHAUSSIER, *ib. Oct. 1777.* 313.

(15.)

(15.) *Calces plumbi, cupri, et vismuti, vaporibus hepatis sulphuris fibi restituuntur;* MACQ.  
(*reduction.*)

(16.) *Calces argenti, plumbi, stanni, et ferri, quibus omnis aër calore antea expulsus fuerat, foco vitri caustici in aëre inflammabili expositae, in speciem metallicam facile restitutae sunt.* Aër inflammabilis copiosus calcibus absorbebatur, et qui supererat aequa inflammabilis ac antea inventus est. Celeb. PRIESTLEY, *ex lit. cl. WITHERING,* Mar. 13. 1782.

(17.) *Calces metallicae aequa facile restituuntur in aëre alcalino, ac in aëre inflammabili, et minor portio hujus aëris consumi videtur,*  
*ib.* \*

(18.) *Calces* (16.) *foco vitri caustici in aëre dephlogisticato vel atmosphaericō expositae, in speciem metallicam nullo modo restitui potuerunt;*  
*ib.*

(19.) *Mercurius praeципитatus per se in speciem metallicam restituitur sine quovis inflammabili;*

\* Aër inflammabilis, sed quovis nescio; compositionem alcali volatilis inesse verisimile videtur, cum aër alcalinus, ope iectuum electricorum, in molem 3 majorem augetur, et omne incrementum aqua sorberi nequit, ac aër inflammabilis invenitur, ii. 240.

bili; BOYLE, i. 381. BOERH. *Phil. Transf.* NEUMANN by LEWIS, 4to, 102. CRONST. § 164. n. ROUELLE, *procédés* 1774. CADET. *Journ. de Physiq.* 1775. BRISSON, LAV. et SAGE, *ib.* 62. BAYEN, *ib.* 156.

OBS. (a.) Hinc patet aërem *dephlogisticatum calcinationi metallorum* perutilem esse. Vide n. 3.

(b.) Metalla vero fixiora vi ignis in speciem calciformem *sine aëre dephlogisticato* mutanda esse, ab exp. 4. 5. verisimile videtur. Tales *calces purae* nominari debent, dum eae quae aëre dephlogisticato praeparantur *calces aératae* nuncuparentur.

(c.) *Ponderis incrementum* quod metalla calcinatione accipiunt, ab aëre absorpto \* oritur. 6. 7. et exp. p. 20. n. unde satis clare constat, metalla in vitris sigillatis calcinata, neque ab igne †, neque

\* Primus qui hocce ponderis incrementum aëris absorptioni attribuit, est JOHANNES REY, Anno 1630, nostras vero MAYOW, Anno 1674, distinctius aëri dephlogisticato, qui *spiritus nitro-aëreus* ab illo dicitur, adscripsit. *Tract. 28.*

† quasi *fixato*, uti voluit illustris BOYLE, qui in suis experimentis caeteroquin egregiis, neque vasa, neque aërem inclusum, sed calces *solas* ponderavit.

neque a quovis externo, sed ab aëre inclusō, ponderis suum incrementum acquisivisse.

(d.) *Metalla ex terris indolis sibi propriae, et aëre inflammabili componi videntur; 9.*

(e.) *Aërem inflammabilem et phlogiston scho-  
lae Stahlianae idem esse, et phlogiston seorsim  
exhibendum, legibusque gravitationis aequa obe-  
diens † ac terra vel aurum esse, ab exp. 13—16.  
fatis clare constat.*

(f.) An non hinc colligere fas est, *calcinatio-  
nem processum esse, quo metalla aëre inflamma-  
bili orbantur ope attractionis electivae?* Terraē me-  
tallicae et phlogiston sese mutuo attrahunt, et tam  
fortiter ut vix igne vehementissimo separentur.  
Inter has terras vero et aërem dephlogisticatum  
attractio consimilis adeſt, unde in gradu quo-  
dam caloris, aëre dephlogisticato adjuvante, aër  
inflammabilis expellitur, et aër dephlogisticatus  
calce sorbetur. Et hinc orta est, uti mihi certe  
verisimile esse videtur, in calcinatione metallorum  
aëris dephlogisticati utilitas.

(g.) Huic doctrinae *exp. 16.* objiciendum fo-  
re exspecto. Sed an non credere fas sit cum

CRON-

† Phlogiston in chalybis opificio pondus ferri augere,  
experimentis olim demonstravit cl. REAUMUR, ap. BAUM.  
561.

CRONSTEDT, MACQUER, et CADET phlogiston ab hac calce minime ex toto separari? et ab experimentis GEOFFROY constat, hanc calcem ope vitri caustici in fumos facile resolvi \*; unde mihi verisimile videtur hoc metallum nimis volatile esse, ut vim istam ignis satis diu sustineret, quae ad omne inflammabile expellendum necessaria sit. Et experimentis constat idem in forma sua metallica, aequa ac ferrum, varias phlogisti proportiones retinere posse.

## D E R E S P I R A T I O N E.

Quod sanguis sub colore atro-purpureo pulmones intret, floridus rutilusque, qualis est sanguis arteriosus, ex iisdem redeat, jamdudum a LOWERO †, et nuper a clar. HEWSON ‡, animalium vivorum sectionibus observatum est; quod talis mutatio aëri tribuenda sit, experimentis ingeniosis, egregius LOWER § et cl. CIGNA || plane demonstraverunt; et quae in seculo praeterito

\* Mem. de Paris, 1709. 175. † De Corde, c. iii. p. 176. ‡ Exp. Inq. into the Properties of the Blood, 9. § 175. || Misc. Taur. i. 68.

terito de aëre dephlogisticato auguratus est iste ingeniosissimus MAYOW, experimentis pulcher-  
rimis comprobavit celeber. PRIESTLEY.

*Cruor venosus aëri atmosphaerico* \*, vel *dephlogisticato*, P. iii. 71. expositus, colorem coccineum cito acquirit, et aër dephlogisticatus impurior evadit, 75. Hae mutationes fiunt, vesica sicca aut fero madefacta, 97. sanguinis fero etiam ad altitudinem unciarum plurium, 73. lacteve, minime autem aqua, 79. oleo †, saliva, P. ib. vel corio pleuritico ‡, cruentem et aërem interpositis.

*Aër atmosphaericus* simul cum animali, hydrargyro incarceratus, mole sua, postquam animal extinctum est, vix minuitur ||. *Aëris* autem aqua conquaessati <sup>†</sup> abforbetur, quae aër fixus est. Quod superest aër phlogisticatus vel atmosphaericus impurior invenitur. P. v. 113.

*Cruor floridus aëri nitroso*, vel *inflammabili*, vel *fixo*, vel *phlogisticato* expositus, cito nigrescit. Qui aëri nitroso, inflammabili, fixo expositus

\* LOWER, 178.

† Cl. CIGNA, ib. 73.

‡ Cruor qui corii superficie inferiori adhaeret atro-purpureus est.

|| <sup>1</sup> Cl. LAV. Mem. de Paris, 1777. 190.

situs fuerit, colorem suum pristinum nunquam recuperat; iii. 72. 74. cito autem qui aëre phlogisticato inquinabatur; 77. et qui ab aëre fixo colorem sanguinis venosi acceperat, in aëre dephlogisticato aliqua ex parte gradatimque arteriosum acquirit; 72. 74.

*An cujusvis inflammabilis extricationi hae mutationes solummodo tribuendae sunt?* Sic visum est clarissimo PRIESTLEY, qui primus respirationem in numerum processuum phlogisticorum ascripsit; i. 277. 78. iii. 70. 56. Molis autem diminutio ab aëris phlogisticati, inflammabilis, aut fixi extricatione oriri nequit, cum hi, aëre respirabili commixti, molem ejus semper augent.

Neque color sanguinis venosi atro-purpureus, ab aëre inflammabili, vel fixo derivari potest, cum crux floridus hisce aëribus atratus, colorem pristinum ab aëre atmosphaericō nunquam recuperat.

De ortu aëris fixi qui inter respirandum gignitur, hypotheses plurimas, omnes vero conjecturales, physici finxerunt. Nexui cuidam aëris inflammabilis cum aëre dephlogisticato, ejus originem tribuit clariss. LAVOISIER, ib. 191. ab experimento autem

a cl. PRIESTLEY instituto, compertum est ab aëre inflammabili et atmosphaerico una accensis super aquam succo heliotropii tinctam, ne minimum quidem acoris signum apparuisse. Fuligo orta est. *Ex litt. cl. WITHERING.*

Neque cum isto viro clariss. credere possum hunc aërem *ope cuiusvis inflammabilis ab aëre atmosphaerico praecipitari*; i. 44. 79. 194. cum nullus gignitur, aut sulphuris, 45. vel aëris inflammabilis v. 124. accensione, ex limatura ferri cum sulphure, i. 105; aut inter metalla calcinanda, 137; et portiuncula quidem ea est, quae obtinetur e mercurio praecipitato per se.

Nec tamen adhuc constat, *an e bronchiorum superficie, an e sanguine, an ab aëre atmosphaericō, ortus est.* Cum autem clariss. PRIESTLEY satis clare demonstravit, aërem fixum qui gignitur dum calces metallorum ope carbonum restituuntur, ex carbonibus solis oriri, iv. 400.; et cum experimentis clariss. BEWLY, aërem fixum alcali vegetabilis ex nitro deflagrato præparati, neque ab aëre neque ab acido nitroso, sed e carbonibus solis provenire compertum est \*; veri quidem mihi similius videtur eundem

†

E

qui

\* ap. P. iii. 391.

qui in spiritu invenitur, e superficie bronchiorum potius quam ab aëre aut sanguine ipso extricari.

*Aëris phlogisticati portionem e sanguinem extricari facile concedo; maxima autem pars, ea est quae in aëre atmosphaerico perpetuo adest, et sanguine respuitur.*

*An non inde fas est colligere, aërem dephlogisticatum a sanguine ipso inter respirandum sorberi \*, simulque portionem aëris phlogisticati et fixi fere aequalem e sanguine aut fortasse e superficie bronchiorum liberatam esse ?*

Aërem dephlogisticatum sanguini arterioso vera inesse, cum sanguine ipso intime conjunctum, atque colorem sanguinis arteriosi coccineum ab aëre dephlogisticato absorpto pendere, mihi verisimile videtur †. Eundem fere colorem *calces plumbi*,

\* Huic omnino consimilem conjecturam jāmdudum fecit ingeniosissimus MAYOW, *Traet. 301.*

† Hanc explicationem primum in medium protuli in SOCIETATE REGIA MEDICA EDINBURGENSI, adstantibus inter alios ingeniosis, amicissimo C. W. QUIN, medico Dublinensi, et LAURENT. NIHELL, M. D. in hyeme anni 1778.

¶ *Aëris vero Parisiensibus ann. 1777, editis anno 1780, theoriam huic ex aliqua parte consimilem, non sine voluptate, nuper vidi a clariss. LAVOISIER prolatam, quippe cum tali viro in errore esse vix erubescerem.*

*plumbi, ferri, et hydrargyri*, ex aëre dephlogistica-  
to accipiunt \*, unde aëris dephlogisticati praef-  
sentiae color floridus certissimum signum rite  
habendus est. P. iv. 431. v. 146.

Cruor floridus aërem dephlogisticatum mini-  
me inquinat; iii. 76.

*Aër inflammabilis et phlogisticatus*, cui crux  
floridus expositus fuerit, ab aëre nitroso minuun-  
tur, 76. 77. quod nullo modo fit nisi ex ad-  
missione aëris respirabilis.

*Aër nitrosus*, ex tali expositione, mole minuitur,  
et ad aërem respirabilem minuendum minus fit  
idoneus; 76. quod accidisse non posset, nisi cum  
portiuncula aëris dephlogisticati conjunctus fuisset.

In *vacuo Boyleano* crux venosus colorem atro  
purpureum suum conservat, 80. Cl. BECCA-  
RIA, *Misc. Taur.* i. 68.; et *cruor floridus nigres-  
cit*; aëri autem atmosphaericō expositi, ambo  
coccinei protinus facti sunt, 69. et P. 73.

Aqua etiam inflammabile absorbere potest;  
*pisces* autem in aqua, aëre respirabili coctione  
orbata, confessim moriuntur. BOYLE, ii. 470.

Huic doctrinae opponi potest; quod ab ex-  
perimentis cl. DARWIN in *vacuo Boyleano* insti-  
tutis

\* Cl. LAVOIS, Mem. de Paris, 1777. 192. P. v. 145.

tutis \* appareat, aërem nullum in sanguine vivo adesse. Haec omnia vero experimenta sanguine venofo instituta erant, et ab iisdem constat sanguinem e brachio missum, recipienti antliae pneumaticae statim subiectum, ex bullulis aëreis in molem decies quam antea majorem sublatum esse †. Ad summum vero folummodo demonstrant, aërem forma elasta sanguinem minime inesse.

Ab hac theoria, ista quaestio, *unde animalia in aëre omni, nisi atmosphaerico vel dephlogisticato, tam subito necantur*, explicationem facilem accipere videtur. Iстis quidem aëribus noxiis, etiam si aliter in sole diversissimis, nonnulli egregiique viri vim quandam sedativam venenatamve tribuerunt †. Aqua mephitica autem a nonnullis large ingurgitatur, clysmata ex aëre fixo in morbis maxima debilitate stipatis cum fructu adhibentur, et aëris ipse copiosus aegris in pulmones impune hauritur. Animalia quae in vacuo Boyleano aequac in aëribus noxiis, P. i. 71. extinguuntur, violentis

\* Phil. Trans. 1774. 344.

† Cl. CIGNA. ib. 68. BOYLE, ii. 540. et MAYOW, 149. de sanguine arterioso idem adnotaverunt.

‡ Celeb. WHYTT, Works, 31. CULLEN, First Lines, n. 1057.; et PRIESTLEY, i. 195.

lentis et enormibus convulsionibus afficiuntur; BOYLE, ii. 462. et ab experimentis a clar. DE HAEN institutis, constat, ex canibus XXXIII. aqua submersis nullum quidem revixisse, (*Rat. Med.* iv. 102. *continuat.* ii. *pars 35.*) dum qui ab aëre fixo *Grotta del Cane* extincti sunt, sibi facile restituuntur. Hinc theoriam meam experimentis comprobare maxime optabam, donec in periculis istius physiologi egregii clariss. LANGRISH vaporibus sulphureis institutis \*, omne quod desiderarem inveni. His liquido constat, hos vapores, qui inspirati tam cito lethales sunt, superficie corporis totae, membranae Schneiderriana, intestinorum, abdominis, thoracisque ipsius cavo, fine ullo vitae periculo, et absque omni veneni viriumve sedantium signo applicatos esse.

Hinc fatis dilucide appareat, hos aëres malignos animantibus perniciofissimos neque magis sedantes neque magis venenatos esse quam aqua †, hydrargyrum,

\* Physical Experiments upon Brutes, 1746. 127.

† In experimentis cl. DE HAEN intra omne fere temporis spatium a *minutis secundis 5, ad 10 minuta prima*, vitae indicia cessavere.

drargyrum, vacuumve Booleanum \*, nisi quod ex aspiratione unica citius, et ex toto fere aërem respirabilem excludunt. Hinc etiam verisimilius sit, quoddam vitale (quod sub forma aëris hujus saluberrimi demum invenimus), re vera aërem inesse †, unde sanguis vim istam fibi quasi propriam, cor arteriasque stimulandi consecutus est ‡. Hoc absente, effoetus fit sanguis, vires deficiunt, cor languet, quiescit, et quasi alto somno opprimitur.

Ex tali theoria quasi necessarie profluit, hunc aërem, ad vitam submersorum et suffocatorum revocandam, optimum remedium fore. *Hujus in pulmones sufflationem proposui in commentatione de aëribus, quam examini Soc. REG. MED. subjeci, Feb. 1780, inscius equidem virum celeberr. J. HUNTER* antea idem proposuisse ||, vel cl. ACHARD, cuniculos et fringillas aëre clauso extinctos, ex hujus afflatu ad vitam revocavisse.

Affirmat

\* Talpa in eo ‘inter 2' et 3' extinguebatur;’ altera vero, ‘sub aqua demersa, non omnino 1'  $\frac{1}{4}$  durabat quin plane cessaret ullum vitae signum prodere;’ BOYLE, ii. 677.

† MAYOW, 305.

‡ MAYOW, 307. cuius doctrinae immortalis NEWTON annuisse visus est, *Optics*, 355. 8vo.

|| Phil. Trans. 1776. 419.

Affirmat etiam iste vir clar. muribus, felibus, et *canibus*, se hoc remedium cum eodem eventu felici adhibuisse. *Mem. de Berlin*, 1778. 107.

Si canibus *submersis* \* aequo fructuosum fuerit, de ejus utilitate, in hominibus ad vitam revocandis, vix dubium remanebit.

### DE VEGETATIONE.

Processus respirationis in plantis omnino mutatur. In aëre phlogisticato, quo animalia statim necantur, plantae vegete virescunt; et si in vasis aëre atmosphaericō impuro repletis crescunt, aér inclusus ad officia respirationis perfungenda magis idoneus fit. P. i. 87. et cl. INGENH.

Ex his rite pensatis, quamclare effulget ista naturae sapientia, et oeconomia, ac rerum constitutio vere divina! Hinc sceptico interroganti, cur aërem dephlogisticatum nobis natura denegavit, respondere possumus. Ni vegetabilium et animalium structura omnino mutaretur; in aëre dephlogisticato animalia duntaxat vivere possent,

in

\* DE HAEN, ib.

in aëre phlogisticato solummodo vegetabilia. His autem ita ut sunt constitutis, vivunt et crescunt omnia. Vegetabilia ex aëre animantibus noxio cibum acquirunt, dum vita animalium ex aëre in quo vegetabilia languerent, vigorem accipit.

Hinc quo plus aëris planta consumit, eo purior aër animalibus evadit, ac quo frequentius respirat animal, eo uberior fit cibus vegetabilium.

F I N I S,